

*non advertunt animum ad diem mutationis רְלִיפָּהּם A sus, non timent à die mortis : (Job. XIV, 14.) Nomen חַלְגָּר mutationem vel vicissitudinem denotat, v. g. vestimentorum, Gen. XLV, 22. Jud. XIV, 12. 19. 2. Reg. V, 5. 22. 23. mensium quoad exhibendos labores, 1. Reg. V, 14. Job. X, 17. vita quando morimur, Job. XIV, 14. (præterea non extat.) Hoc loco mutatio respicit conditionem mentis, quod in carentia illa timoris Domini, de quâ sequitur, contumacissime perseverent, nec ullam admittant mutationem in melius. Non enim adeò commodè ad fortunam videtur referri à Kabvenaki, Aben Esra aliisque, quasi sensus sit: qui nullam fortunæ experiuntur vicissitudinem, semper felices, &c. Psal. LXXIII, 5. Hujus enim beatitudinis non adeò videtur curam h. l. habuisse David. Kimchi de Deo, cui non sunt mutationes, i. e. qui in promissis non solet flecti, adeoque & erga me, quod decrevit, perficiet. Verum quæ connexio: Deus non mutatur, וְלֹא non timent Deum? Coccejus ad Job. cap. XIV, fol. 208. hunc locum ita vertit: quibus non est successio: subjungens: agit cum iis, qui jaçtant apud ecclesiam successionem officii Apostolici & throni Christi. Quod ipsum pluribus prosequitur in comm. h. l. Verum cur רְלִיפָּהּ non possit accipi de successione mentis novæ in locum veteris prævæ, vel pietatis, ubi timeatur Deus, in locum securitatis, id nondum satis liquet.*

## EXPLICATIO VERSUS XXI.

שְׁלַח mittit manus suas: ) nimirum unusquisque profanorum horum hominum, qui Deum non timent. Hanc namque distributionem postulat subita numeri pluralis in singularem mutatio. Exempla videbis Psalm. VII, 2. 3. persecutores mei discerpit: i. e. unusquisque discerpit: sic Psalm. XXXVII, 31. XLI, 6. seqq. Nonnulli singularem hunc referunt ad primarium illum nefariæ cohortis ducem, quem descriptis vers. 14. Mittere autem manum in vel contra aliquem, est violenter eum prehendere, plagasque inferre: quomodo 1. Sam. XXVI, 9. David ad Abisai ait: quis שְׁלַח יְדוֹ בְּמֵ שְׁלַח mittet manum suam in vel contra unum Domini, & insons erit? Gen. XXXVII, 22. manum ne immittite Josepho. Sic Actor. XII, 1. Heroes ἐπιβαλλοντες χειρονακωσαι τινας &c.

בְּשֶׁלֶמְיו in pacificos suos: ) vel qui pacificè secum vivebant, nullam hujusmodi violentiam vel plagas meriti, neque tale quid unquam metuentes, vers. 14. 15. Confer Psalm. VII, 5. si rependi malum שְׁלַמְיִ pacifico meo, vel tranquille mecum viventi: & Psalm. XLI, 10. etiam שְׁלַמְיִ vir pacis meus, cui confidebam &c. Unde patet, affixum וְ h. l. non tam Deum; (quorum videtur retulisse Lutherus: seine friedsamem; alias namque dixisset: an ihre friedsamem.) quam ad ipsum nocentem impium respicere. Non male Campensis: injectit manum violentam in eum, cum quo pacem simulaverat. Nomen שְׁלוֹם alias in abstracto pacem denotat, (radix שְׁלַ מ peritus, integer, item pacificus fuit, ut Job. IX, 4. XXII, 21.) in plurali præter hunc locum tantummodo semel reperitur Psalm. LXIX, 23. & tranquillis וְלִשְׁרַפִּים in laqueum: adeoque concretè ponitur pro pace fruentibus. Similis metonymia est Psalm. LXVIII, 19. captivam duxisti captivitatem, i. e. captivantium turbam, Ezech. XLIV, 6. dices

ad rebellionem, i. e. populum rebellem; Hof. VIII, 9. amores i. e. amatores. Posset etiam cum Vocabulo, Aben Esra, Kimchi subintelligere (Virum) sed derum suorum: quomodo Psalm. CIX, 4. dicitur: ego oratio, pro ego (vir) orationis. Belgæ in schol. seine Friedens-Bunds-genossen.

חַלְר irritum fecit vel profanavit fædum suum: ) h. e. per turpissimam perfidiam ex oculis planè amovit sanctum illud foedus, tum quod cum Deo, (quem tamen non timet amplius, vers. 20.) init in sacramentō initiationis, tum quod interposito Dei nomine ipsi intercedit, cum proximō, tranquille amicèque secum habetens viventi. Campensis: amicitia vinculat turpiter rupto. Verbum חַלְר, alias polysemon, in Piel significat rem dignitate suâ exuere, usus promiscui reddere: quomodo v. g. cibus sacer profanatur comes tempore illicito, Lev. xix, 8. quomodo regnum & principes ejus profanavit Deus, Thren. II, 2: Psalm. LXXXIX, 40. item sanctuarium. Ezech. XXVIII, 18. Jes. XLVII, 6. Psalm. LXXIV, 7. quomodo vinea, postquam Deo suas exhibuit primitias, dicitur profanari, vel usus promiscui fieri, Deut. XX, 6. sic de lecto paternō profanatō. Genes. XLIX, 4. de sabbatis ad usus profanos adhibitis, Ezech. XXII, 8. XX, 16. 21. 24. XXIII, 38. &c. de statutis Dei profanatis Psalm. LXXXIX, 32.

## EXPLICATIO VERSUS XXII.

מַולְלָה mollia fuerint butyrina oris ejus: ) i. e. blandissimis meramque amicitiam atque officiositatē spirantibus sermonibus uti novit, hicce homo perfidus, ita ut verba ex ore ejus prodeuntia nil asperi, nil noxii præse ferant, sed meram benevolentiam, instar butyri lenitem, reficientem, sanantem, satiantem, &c. Apud profanos dicitur: aliud in titulō, aliud in Pyxide: aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere. Vide Zebn. simil. pag. 84. Verbum חַלְקָה divisit, præter hunc locum etiam Hof. X, 2. (Juxta Concordias) occurrit in sensu intransitivo Mollificationem esse; sicut in Hiphil de mereatrice transitivè id usurpatur, quæ mollet sermones suos, ita ut instar teli cuiusdam levigati, oleove aut butyro inuncti, penetrant celerrime; quod pulchritè expressit Plautus Truc. act. I. scen. 2. In melle sunt linguae vestræ sitæ, atque orationes lacteq; ; corda in felle sunt sita atque acetibō acetō. Linguis dulciora dicta datis, corde amarè facitis amantes &c. sic de adulatioibus &c. Prov. XXVIII, 3. XXIX, 5. Ps. V, 10. XXXVI, 3. Vulgatus: divisæ sunt ab iravultus ejus, & appropinquavit cor illius. propugnantem hæc Genebrardum deludit Simon Muis & Joh. Bapt. Folengius, aliique Papista. Operosum etiam in conciliandō se gerit Delrio t. 2. adag. pag. 52. sed parum feliciter.

מַחְמָד butyrina oris ejus: ) scilicet verba, nomen hoc à חַמְדָה deductum per literam præformantem (ס) adjectivum habet sensum, ubi facile licet supplere substantivum, quod conveniat cum פִּי ore ejus, nimirum Verba. vel minimum accipitur neutraliter, butyrinum oris, i.e. id, quod butyro simile. ex ore ejus procedit, Campensis: blandius fecit quisque eorum os suum latte. Coccejus: blanda sunt butyracea oris ejus. Contra eos namque, qui vertunt, præ butyro, militat punctatio

punctatio litera punctum (ס) prius mutat exponit per etenim est quasfud illa mera fuit hic subiectum ut velis fidentia: & prætra vers. 19. Ta